

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lessus In praematurum quidem, sed beatum obitum ...
Dni. Christiani ... Comitis in Oldenburg & Delmenhorst ...**

Gryphiander, Johannes

Bremae, [1647]

VD17 VD17 23:331032N

Vorsatz

[urn:nbn:de:gbv:45:1-488072](#)



Uli re quam titulo mavis patriota vocari,
Saxonicæ Frisicæq; simul bonus accola terræ:
Quâ celer aggeribus conclusus utrinque visur-
gis

Concessis rigat arva vadis, Delmæq; fluenta
Excipiens, Ochtaq; Hontaq; canalibus auctus,
In mare piscoas volvit violentior undas,
Nactus et hic socium Iadam magni æquoris instar,
Ambo finitimas humestant flumina gentes:

Nobile si genus humano de sanguine ducis,
Nec pro corde pepo, nec inest tibi cornea fibra,
Sed dedit ingenium sublimius igneus ardor
Naturæ, ut supra vulgus sapere, atque videre
Altius, & cladem possis penetrare Josephi:

Huc ades, & Comiti defuncto debita solve
Suprema, exequiasque para, quæ principe tanto
Sunt dignæ: nec enim satis est summo ore dolorem
Prodere, & externis signis testarier iustum,
Dum lacryma aucta genas tingit, feralis amictus
Involvit corpus, caput atrâ syndone cinctus
Pileus investit, denunciat undiq; luctum
Turribus ex altis sonitu campana trementi,
Aut tristantur equi pullo velamine tecti,
Et suspensa trahunt vexilla volantia spiras,
Cottidiana quidem, at multis communia facta:
Hoc caveas, ne te tangat censura Jehovæ: *Esa. 57. in prim.*
Ecce cadit justus, non est, qui intelligat illud.

Omnihi si linguae centum sint oraque centum,

A 2

Atq;

